



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. An quia hominum parentes mali, ideo peccatum sit
concupiscentia?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

negavit paulo ante scripsisse Christum, aut id Apostolis commisisse. Quid vero certius, quam eum qui in Evangelium à maioribus acceptum credidit, iam invenisse Christum? Quid absurdius, quam post annorum mille sexcentorum religionem, & martyria iterum tractare Christum? Deinde si quaerimus cur apud haereticos si apud eos, cur potius apud eos, quam illos? Maneat ergo fixum quod c. 30. idem asserit. *Id sine dubio tenendum quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit.*

VERSUS 9. 10. 11.

Aut quis ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester qui in caelis est, dabit bona petentibus se. Omnia ergo, quaecunque vultis, ut faciant vobis homines: & vos facite illis: Haec est enim lex & Prophetarum.

QUESTIO I.

An, quia hominum parentes mali, ideo peccatum sit concupiscentia?

S. 1. Comparatio hac in se consistit. Si patres, qui boni non sunt, naturae tamen ductu, & infra seque affectu que filiis bene faciunt, cur non id faciet pater celestis, naturae ab aeterno, & in aeternum bonus? Argumentum ex eo est, quod natura, atque adeo ordinariè fieri solet. Aliquando furor, iraque mentem eripiunt, & parentis animum expugnant, ut cum Medea pueros trucidat, & Oedipus optat *καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ τὴν οὐρανὸν ἀντὶ τοῦ οὐρανοῦ*, are dividere filios, illa tamen immanitas in paucis invenitur, & in solo homine; nam, bestiae ferocissimae foras suos ardentem amant; nam tigris tigris, & leunculo leonem mansuetum immurmurat.

Ordinari-
us est amor
parentum
in libris.

Homines
mali sunt,
non ideo
concupis-
centia ipsa
peccatum.

Apostoli
actualia
peccata
habebant.

S. 2. Primus Kemnitiu hunc locum ita exposuit, ut concluderet, concupiscentiam esse peccatum. Verum cum ridicula sit conclusio: Vos estis mali, concupiscentia igitur est peccatum in subsidium vocavit Hilariu, quem citat Augustinus l. 2. contra Iulianum c. 8. Rursus, inquit, in eodem sermone, ipsis, inquit, Apostolis verba licet iam fidei mundati, atque sanctificati, non deesse tamen malitiam per conditionem communem nobis Originis, docuit dicens: Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris. Haec Hilarij verba ab Augustino aliu in sensum citata.

Hoc quidem loco nullum pro illa haeresi verbum fingi potest. Apostolis ait non deesse malitiam, quod ultro damus, dicente illo quem diligebat Iesus; si dicimus, quia peccatum non habemus, mentimur. Peccata illa non erant concupiscentia, sed opera concupiscentiae: veri nominis peccata: nam legimus verè Petrum reprehensibilem fuisse, Paulum & Barnabam dissensione seiuinctos. Alia Hilarij verba ab eodem Augustino citata plus in speciem habent coloris, sed nihil pro haeresi faciunt. Memores, inquit, & consilij, illa ipsa corpora nostra omnium vitiorum esse materiam, pro qua polluti & sordidi nihil in vobis mundum, nihil innocens obtinemus; gaudeamus nobis esse hostem, in cuius concertatione, quodam concertationis nostra bello dimicemus. Hic vrgent

illud, quod pro materia nihil innocens, nihil mundum habere dicat.

Illam tamen nunquam ita Augustinus interpretatus est, ut dicere non putaret Hilariu, vera esse peccata concupiscentias, sed duntaxat pro materia illa corporum nos pollutos esse, ex ea nihil mundum habere. Ita mundum eum sentire verba adiuncta docet. Gaudeamus nobis esse hostem, in cuius concertatione, quodam concertationis nostrae bello dimicemus. Idem in Psalmum 1. Et ad hac quidem nos vitia naturae, inquit, nostrae propellit instinctus, sed vile est nos à via hac, ad quam sermur, abscedere, neque consistere illic, adhibito decedendi ex ea non moroso recurso. Et idcirco: Beatus vir qui in via peccatorum non stetit: natura quidem in viam hanc ferente, sed ex via hac fidei religione referente. Denique victoriā vos mundari ille docet, quod fieri non posset, si concupiscentia peccatum esset.

Vrget tamen Pareus. Hilarius mundos nos esse posse in mortem huius corporis habitaculo aperte negat, Ergo plenam munditiam non habent baptizati.

Respondeo, Verba Hilarij: quia lex, inquit, Umbra est futurorum bonorum, idcirco per hanc praefiguratam significationem docuit nos in hoc terreni & mortuini corporis habitaculo mundos esse non posse, nisi per abluitionem. Gaudet misericordia emundationem consequamur, post demutationem, resurrectionis terreni corporis nostri, effecta gloriose naturae. Quasi vero id inde sequatur, nos mundos in hac vita non esse, ideo concupiscentiam esse peccatum. Augustinus ideo adduxit, non ut ostenderet concupiscentiam peccatum esse, sed doceret, ubi perfectionis spectare oporteat.

Quis vero inquam, nisi Pelagianus aut opinatus fuit, est, aut dixit, nos sine abluitione diuinæ misericordiae mundos esse? Quis vera ante resurrectionem, qua demutatur, mundos nos esse docuit? Et si enim iusti sunt sine mortali peccato, venialibus tamen vrgentur, & quotidie peccant, & graue est illis, non modo si consentiant concupiscentiae, sed quod omnino etiam inuiti eius stimulos sentire cognantur.

VERSUS 13. 14.

Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est, quae ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta, & arcta via est, quae ducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt eam.

QUESTIO I.

Via quae Angusta porta?

S. 1. Vita temporalis porta, finis, vita, aut etiam vita ipsa, angusta vita sanctorum, arcta via, porta angusta, compressa, non multitudine premens, sed multitudine aduersitatum. Nazianzenus cur angusta sit rationem reddit. *señi dia tēs id ēwōtas, ē, tō mē pol- lōis ēivai βατήν, ως πρὸς τὸ πλῆθος ἐναντιῶν, καὶ οὐκ ὡς τῆς καλίας ὁδὸς αὐτοῦ.* In Greco ὅτι señi, alij, tiseñi. Lata est autem, & spatiosa quae ducit ad mortem, angusta est propter sudores, & quia non multis peruia, & in multitudine est contrarium, quae per malitiam ambulat.

Quam angusta, noster legit, *πὶ señi*, non, *ὡς señi*, ut Erasmus putat, Theoph. ut noster legit, *βαθὺ πόντον ἐστὶ señi*. Syrus *Ma*. id est, Quam. Hic igitur seruandum, quod prouerbio monemur, *μη ἰσθαι τὴν λεωφὸν* populum.